Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



· XII · 415

non extinguat: sed in ueritate ducat iudicium: splendebit et non conteretur
Donec ponat super terram iudicium: et in nomine eius gentes sperabunt.
Iacob et Israel in praesentia capitulo non habentur. Quod nec matheus euan
gelista posuit: secutus hebraicam ueritatem. Hoc dicimus in sugillatio
nem eorum qui nostra contempnunt: de quo plenius in matthei commentari
olis. et in libro quem ad galsiam nup scripsimus disputatum est, et inter im
notandum: quod ubi de apostolorum scribitur choro: et iacob et israel:
et semen appellantur abraham? quibus quasi hominib; ac seruis: consequen
tur dicitur. Nolumere uermis iacob: et paruulus numero israel?
Ubi autem de xpo est uaticinium: absq; iacob et israel legitur; Ecce seruus
meus suscipiam eum: electus meus conplacuit sibi in illo anima mea: et In con
sequentib;, dedi te in testamentum generis in lucem nationum: et aperire
oculos cecorum: et educere de uinculis alligatos: et de domo carceris habitan
tes in tenebris; Nec mirum si seruus uocatur: factus ex muliere: factus q;
sub lege: quicum in forma dei esset humiliauit se: formam serui accipiens
et habitu inuentus ut homo; In quo conplacuit sibi anima dei: cerneris
In illo omnes esse iustitiae: immo ipsum esse iustitiam atq; sapientiam.
Dedi in quid spm meum super eum: quid iscendit in speciem columbae. Iudicium
gentib; profert: quod antea nesciebant; Non clamabit: et timitus atq;
manifestatus; Et non accipiet personam in iudicio: siue non leuabit subaudi
tur in altum uocem suam. Uel iuxta sr machum non audiet quisquam: omnis insi
dias diabolj intellegens? Aut secundum LXX: Non relinquat populum
saluat iudaeorum: uocans eum ad paenitentiam. Nec audiatur foris uox eius:
Nec enim extra galileam atque iudeam: in alius gentib; euangelium praedi
cauit; Quod si legimus fuisse eum in ministerii et sidonis: siue in con
finio caesariae philippi: quae nunc uocantur paneas: tamen sciendum
non esse scriptum: quod ipsas ingressus sit ciuitates; Calamum
quassatum siue confractum non conteret: cunctis enim placabilis erit;
Et ueniam dabit peccatorib;: dicens ad mulierem, Confide filia: dimit
tentur tibi peccata: et linum fumigans: siue ut ceteri transtule
runt obscur uadq; tenebrosum non extinguet: quin uincit eos